



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 43. Epistola S. Bernardi ad Sugerium Abbatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. omnes dicerent: *Utinam Concilium Ge-*
 A. C. 1149. *nerale ad concordiam perfectam inter*
Ecclesias Orientis & Occidentis reducen-
dam celebraretur!

Eug. ep. 6. ex Ceterum Eugenius Papa, comperto,
Otto Fris. 1. quod Rex Conradus a sacro bello rever-
Frid. c. 61. sus in Longobardia versaretur, Hartwi-
 co Archiepiscopo Bremensi & Anselmo
 Episcopo Havelbergensi illuc missis, qui
 Principem suo nomine salutarent, Epi-
 stolam deinde scripsit, qua eum adver-
 sam fortunam in illa expeditione exper-
 tum consolabatur. Hæc Epistola Tu-
 sculi anno millesimo centesimo quadra-
 gesimo nono data est.

§. XLIII.

Epistola S. Bernardi ad Sugerium
Abbatem.

ep. 376. Cum Robertus Ludovici Regis frater &
 Henricus Comitis Campaniæ filius,
 ex Palæstina reversi, duello equestri
 diem post Festa Paschalia anno millesimo
 centesimo quadragesimo nono præstituis-
 sent, ubi pugiles non sine vitæ periculo
 decertarent, S. Bernardus data ad Suge-
 rium Abbatem, cujus, Rege absente, ma-
 xima erat in Francia auctoritas, Episto-
 la, *Animadvertite, inquit, quo animo viam*
Hierosolymam aggressi sint, qui prava
hac voluntate revertuntur. Huic malo
 vel

vel suafione vel vi, totis viribus, te oppo- Sæcul. XII.
 ne. Id ego de vi Censurarum & Disci- A.C. 1149.
 plinæ Ecclesiasticæ accipiendum esse cen-
 feo. Tum iterum S. Bernardus: Nos
 autem idem scribimus Archiepiscopo Re-
 mensi & Senonensi, Episcopis Sueffio-
 nensi & Antissiodorensi, Comitibus
 Theobaldo & Rodulpho. Tanta mala
 averte amore Regis, & Papæ, ad quem
 Regni custodia pertinet. Nempe Papæ
 Crucigerorum & rerum quas posside-
 bant Tutela commissa erat. Ceterum
 Theobaldus & Rodolphus, de quibus hic
 mentio, erant Campaniæ & Virman-
 duorum Comites.

§. XLIV.

Henricus Episcopus Belvacensis.

Henricus, alter Regis Ludovici junio- *Mabil. ad ep.*
 ris frater, Roberto major, qui Regis *278. S. Bern.*
 Patris voluntate Clericis adscriptus, com- *Metrop.*
 plura pingua Beneficia, ac inter alia Præ- *Rem. lib. 3.*
 fecturam Theauri S. Martini Turonen- *c. 1.*
 sis, Abbatiam Dominæ Nostræ Stampis, *vit. S. Bern.*
 & Archidiaconatum Aurelianensem te- *lib. 4. c. 3.*
 nebat, quadam die Claram vallem se con- *n. 15.*
 tulit, S. Bernardum de causa aliqua tem-
 porali consulturus. Cumque etiam to-
 tam Congregationem inviseret seque
 monachorum precibus commendaret,
 S. Abbas monita salutaria Principi juve-